Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXVIIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

eduxit. Tunc q3 angelus loth cu suis
de sodoma eripuit et nephanos igne
sulphureo i[n]uoluit. Tunc eciā angelus
egipcu deuastauit et filios israhel inde
liberauit. ¶ Cum ergo fortis armatus
sc[ilicet] dyabolus custodiret atriu suu .i. lym-
bum. xpc fortior superueniens atriu suu
intrauit et ipm per crucem suam de-
uincens alligauit. Istud samson olim
in figura demonstrauit qui ad leonē in
cisternam intrans cum uirga sua ipm p[ro]-
strauit. Sic xpc intrauit ad dyabolu in
inferni et per sanctā crucē prostrav[it] ipm.
Per fortissimū enim samsone xpc fortis-
simus designatur a q[u]o infernalis leo .i. dya-
bolus superabatur. Et tūc homo est liberat[us]
de captiuitate dyabolica que olim fuit in
captiuitate egipciaca pfigurata q[uia] fili[i]
isrl in egipto a pharaone oppressi cla-
mauerūt ad dominu pro sua liberacōe
et misertus dns liberauit eos de captiui[tate]
ita genus humanū a p[ri]ncipe tenebra-
ru detentum ad dnm clamauit pro sua
redemptione et dns misertus eius libe-
rauit ipm. Hanc liberacoe[m] hoi deus pfi-
gurauit qn abraham de hur caldeorum
liberauit. Caldei em hur hoc est ignem
pro deo coluerunt quod cu abraham re-
nueret ipm in ignem proiecerunt. Deus
aut uerus que ipe coluit de igne eum
liberauit. Sic et sanctos de inferno re-
demit. Hanc etiā redempcioe[m] hominis
deus pfigurauit qn loth cum suis de sub-
uersione sodome liberauit. De sodomis tn
boni liberati fuerūt mali aūt igne et
sulphure interierunt. Sic xpc bonos tn
liberauit de limbo. De inferno aut dapna-
toru nullum eripuit. ¶ Et iusti quidē
cu tanta leticia liberant[ur]. Q3 quid pu-
tas indicibilis amaritudinis et incon-
solabilis doloris ymo extreme dapnaci-
onis accidit remanentibus in igne in-
extinguibili uerme immortali tenebra pal-
pabili morte insensibili. De illis quibus
datum est hec potius experiri q[uam] credere uel
timere. Aliqua uero modula in padiso fe-
cum eis et eciā cu helya et enoch ipm re-
cognoscentibus et exultantibus dixit eis
quia esset tempus ut iret ad excitandi
et reassumendum suu corpus. Tu[n]c omēs
procidentes adorauerunt rogantes ut cito
rediret quia gloriosissimū corpus suum
uidere plurimū affectabant. Da eciam
michi domine benignissime corpus tuu
gloriosissimū in s[ecun]do aduentu tuo cu gau-
dio uidere et de tua uisione eternaliter
cum electis tuis gaudere. Considera nūc
qm̄o omnia que xpc pro nobis ptulit
p[ro] nr̄a utilitate pati uoluit. Unde Jero[nimus]
quedam ex hiis colligens sic dicit. Obpro-
bria aut eius nrm abstulere obprobriu
uincula eius nos liberos fecerunt. Coro-
na spinea capitis eius dyadema regni
adepti sumus. Vulneribus eius sanati su-
mus. Sepultura eius resurgimus et
descensum ad inferos ascendim[us] ad celos.
Ihesu bone nec ad hoc satiata ē
tue ineffabilis clemencia pieta-
tis nisi et infernū claustra pe-
netrans tuos captiuos redimas. Descend[at]
igitur illa felix tua et sanctissima aīa ad
inferos educens uinctos de tenebris et um-
bra mortis. Descendat et nūc ibi miseri-
cors per hanc ineffabilem pietate tuam
gra et uia tua sup aīas famulo[rum] famu-
larūq[ue] tuaru parentum et ppinquo[rum]
meo[rum] familiariu benefacto[rum] et recom-
mendato[rum] ut eas a penis quas pro p[e]c-
catis suis merentur eripias et ad gaudia
eterna perducas amen.

De resurr[ectione] dni nri ihu xpi caplm lxx

Nunc secūdo libero[rum] m[ate]rialibus
redolentibus cum sponsa
et adolescentulis que dixit

p⁹ eam coſpergimus lectum et cubicu-
lum mentis nre. Aut introducat nos
rex in cellaria ſua nūc ſurgit amica
maria. Hyemps abijt pluuia receſſit
flores uiſi ſunt in terra nra. uox turturis
audita eſt in terra nra. Vinee florentes
dederunt odorem. redit ſponſus de umbra
ſub qua dormit in meridie. Radix ama-
ra crucis euanuit. flos uite cū fructibus
erupit et qui iacuit in morte ſurrexit i
gloria. Sol poſt occaſum oritur. aquile
ad corpus congregantur. Poſt ſabbata triſ-
ciſſima irradiat dies que primatū i diebus
tenet. luce prima in ea luceſcente et domino
in ea cum triumpho reſurgente et dice-
re. Hec eſt dies quā fecit dns exultemus et
letemur in ea. Hec Jero. Unde et aug. Poſt
illuſiones et uerbera poſt aceti et fellis
pocula mixta poſt ſupplicia crucis et vul-
nera et poſtremo poſt ipam mortē et
inferos ſurrexit de ſuo funere caro noua
ab occidio latens uita et in morte ſalus
reſeruata reſurgit pulchrior reditura
poſt funus. hec aug⁹. Surgens itaqʒ
dns ihesus die dominico et ſumme mane
cū honorabili multitudine angelorum ad
monumentum et recipiens illud corpus
ſanctiſſimū ppria uirtute reſurrexit et ex
ipo monumento clauſo proceſſit. Nemo
quippe tam facile excitatur et ſurgit a
ſompno qꝫ xpc ſurrexit a morte et ſepul-
chro quia excitatus eſt tamqꝫ dormiens
dns qui etiā de ſe dicit. Ego dormiui et
ſoporatus ſum et exſurrexi quia dns
ſuſcepit me. Sicut aūt xpc exiuit clau-
ſo uirginis utero ſic potuit clauſo pro-
dire ſepulchro hoc tamen aliter fuit quia
in reſurrectione habuit corpus glorioſum cui
aliud non reſiſtit ſʒ exitus de utero uir-
ginis miraculoſus fuit ut aūt ait be-
da. Surrexit dominus mane de monu-
mento in quo ſero iam facto erat depo-
ſitus ut adimpleretur illud pſalmiſte Ad ue-
ſperum demorabitur fletus et ad matu-
tinum leticia. Eſt ergo terre motus domino
reſurgente factus eſt magnus cuius cā
ſubditur. Angelus enim domini deſcendit de
celo et uirtute eius factus eſt terre motus
quia corporalia obediunt angelis ad nutū
quantum ad motum localem. Sicut i paſ-
ſione xpi terra mota eſt in ſignum triſticie
ſic in reſurrectione eius mota eſt in ſignum leticie
ubi beda. Quod ergo terre motus reſurgente
domino de ſepulchro ſicut et ipo moriente
in cruce factus eſt terre motus magnus
ſignificat terrena prius corda per fidem
paſſionis ac reſurrectionis eius fore concutienda
ad penitentiam et ſaluberrimo pauore pmota
ad uitam ſublimandam ppetuā ubi et ſue-
rimus. Sic aūt ſic terra tremuit cū dns
aduenit ſuos reſurgeret quomodo contre-
miſcet cum nouiſſimū omnis reſurget ad
penam. Et quomodo dum preſentiam ſuſtinebit
que angeli preſentiam ſuſtinere non ualuit.
Et notandum qꝫ legitur terre motus factus
in legis datione. Unde pſalmiſta Terra
mota eſt etenim celi diſtillauerunt a facie
dei ſinay a facie dei iſrahel. In xpi paſſione
mota eſt ut uiſum eſt ſupra. In reſurrectione mo-
ta eſt ut dicitur hic. In iudicio generali erit
terre motus ut infra patebit. Secundum
hoc moraliter in terre motu ſignificatur
contritio que prouenit ex quatuor ſm
quatuor predicta uidelicet ex conſideratione
diuinorum mandatorum hoc eſt in legis da-
tione, ex conſideratione paſſionis xpi et
dolorum et hoc eſt in paſſione ex conſidera-
tione amiſſe uel dilate beatitudinis et
hoc eſt in reſurrectione, ex conſideratione pene
gehennalis et hoc eſt in communi examine.
Tercio aūt xpc exaltatus eſt a deo
uſqʒ ad gloriam reſurrectionis quia ppter obedie-
ciam dei patris ſe humiliauit uſqʒ ad mor-
tem crucis. Unde aug. Reſurrectionis fac

gloria sublimatus ludibria per rubrum
asperitate uerberum crucis obprobrium
fellis amaritudine et adultimum mortem
sustinuit admonens suos ut si post mor-
tem ad gloriam peruenire contendunt uite
presentis angustias et labores persecutorum op-
pressiones non solum equo animo tolerent
sed omnia huius mundi aspera pro premiis
eternis ament appetant et gratanter sus-
cipiant hec ansel. Sicut ergo humiliatus est
xpistus per hoc quod mala sustinuit moriendo
ut nos liberaret a malis ita glorificatus
est resurgendo ut nos promoueret ad bona
secundum illud quod ait apostolus Mortuus est
propter delicta nostra et resurrexit propter iustifi-
cationem nostram Sustinuit enim passionem pro
nobis ut nos a pena inferni liberaret et
resurrexit a mortuis ut nos de morte
ad uitam traheret Unde hic suam resurrectionem lo-
ngius quam usque in diem tercium differre noluit
ita ut duabus noctibus et una die in sepul-
cro quiesceret non enim ad peccatum pertinet
et natura quidem humana duabus mor-
tibus tenebatur astricta anime propter peccatum car-
nis propter uindictam peccati Quia ergo do-
minus sola carne mortuus est ut nos
a morte anime et carnis liberaret recte dua-
bus noctibus et una die in sepulchro qui-
escere uoluit quia uidelicet lucem sue sim-
ple mortis tenebris duple nostre mortis
adiunxit et per suam simplam mortem
nostram duplam dampnauit Si enim ipse u-
tramque susciperet nos a nulla liberaret
sed unam misericorditer suscepit et iuste u-
tramque dampnauit simpla sua duple nostre
contulit et duplam nostram moriens subegit
Due ergo noctes significant duas nostras
mortes. Dies uero significat suam mortem
que fuit lux nostra mortuum unam abstu-
lit alteram ad exercitium electis reliquit quam
denuo ueniens consummabit Resurrectio
itaque sua est causa efficiens nostre utriusque que

Capitulum lxv

fit in presenti et que fiet in futuro Resurrectio
que fit in presenti est anime iustificatio et
dicitur resurrectio prima Unde in apoc. Beatus
qui habet partem in resurrectione prima Resurrectio
que fiet in futuro est corporis resuscitatio
et dicitur resurrectio secunda Unde in osee Uiuifica-
bit nos post duos dies et in die tercia susci-
tabit nos Ad resurrectionem quippe primam duo di-
es requiruntur scilicet ablatio omnis culpe
et collatio consummate gratie Nullus
resurget resurrectione secunda ad gloriam nisi prius
resurrexerit resurrectione prima per gratiam //
¶ Mortuus autem fuit xpistus quadraginta horis ut
quatuor mundi partes que in decalogo
legis mortue erant uiuificaret Prima
quoque die ebdomade surrexit ut ea die mun-
dum innouaret qua eum creauerat In
tercia uero die passionis surrexit ut
eos qui tribus temporibus scilicet ante legem
sub lege / sub gratia in peccatis mor-
tui fuerant subleuaret et nos qui [illegible]
dictis cogitationibus labimur per fidem
sancte trinitatis resurgamus Et secundum
aug. ideo post tres dies resurrexit ut
in passione filii totius trinitatis monstra-
retur assensus triduum enim legitur in figura
quia trinitas que in principio fecerat hominem
ipsa in fine hominem per xpistum reparat pas-
sionem Ideo etiam resurrectionem suam dominus
sic accelerare uoluit ne discipulos in mes-
titia diu cruciari permitteret Unde leo
papa Dominus nempe xpistus ne turba-
tos discipulorum animos longa mestitudo
cruciaret denunciatam tridui moram tam
mira celeritate breuiauit ut dum ad in-
tegrum secundum diem pars primi nouissima /
et pars tercii prima concurrit / et aliquantu-
lum spacio temporis decideret et nihil dierum
numero deperiret Resurrectio igitur salua-
toris nec animam in inferno nec carnem
diu morata est in sepulchro et tam ue-
lox uiuificatio fuit interruptae carnis

ut maior esset ibi so[r]pois simulitudo quam
mortis Quoniam deitas que ab utraque
hominis substancia non recessit quod po-
testate divisit potestate coniunxit hec leo
Passionis igitur et resurrectionis exemplum xpc
nobis prebuit passionis ad firmandam pa-
ciencium et resurrectionis ad expectandam spem ut
duas vitas nobis ostenderet in carne
unam laboriosam quam tolerare debemus
alteram beatam quam sperare debemus
Resurrexit autem xpc cum corpore glorio-
so cuius dotes sunt claritas agilitas sub-
tilitas et impassibilitas Quamvis enim anima
xpi a principio sue conceptionis fuit glorio-
sa per apertam visionem et perfectam fru-
icionem divinitatis dispensacione tamen
et disposicione divina factum est ut gloria
anime eius non redundaret in corpus ut
sic corpus esset passibile et mortale ad
implendum precium et misterium redempcionis
humane in sua passione Et ideo peracto
misterio passionis et mortis anima
xpi statim resumpto corpore in resurrectione
in ipsum corpus suam gloriam derivavit
et ita factum est corpus xpi gloriosum
ut enim ait aug⁹ carnis quippe infirmi-
tatem ille gerebat que infirmitas re-
surrectione consumpta est Unde et leo
papa Sicut ergo dicit apostolus et si
cognovimus xpm secundum carnem sed
nunc iam non novimus eius namque re-
surrectio non finis carnis fuit sed commutacio
nec consumpta est substancia virtutis
augmento Qualitas transiit non natura
deficit et merito dicitur eius caro nescia-
ri in eo statu quo nota fuit quia nichil
in ea passibile nichil infirmum remansit
ut et ipsa sit per essenciam et non sit ipsa
per gloriam hec leo Interim igitur o anima
mea deponamus pessimas tristicie que-
relas ac nubila meroris et in leticie re-
spiremus sereni et qui funera redemptoris

nostri prosecuti sumus cum lacrimis qui
mortem nostram moriendo destruxit de ip-
sius resurrectione et gloria iocundemur qui vitam
resurgendo preparavit xpc enim resurgens
ex mortuis iam non moritur mors illi ul-
tra non dominabitur Induit enim eum dominus
pater stola immortalitatis et glorie et coro-
nam pulchritudinis posuit super caput
eius iocunditatem et exultacionem thesau-
rizavit super eum Totum igitur in eo imple-
tum est gaudio totum leticia cumulatum
totum exultacione refectum Caro enim xpi
flos ille pulcherrimus de radice iesse qui
in nativitate floruit quia ex virgine
sine peccato tamquam pulcherrimi floris
singulare decus emicuit in passione de-
floruit quando neque species neque decor ei fuit
sic in resurrectione resumpto etiam sanguine fuso in
cruce cum omnibus que sunt de veritate hu-
mane nature per gloriam refloruit ut
omni decor esset Nam corpus illud glori-
osissimum subtile agile et immortale tante
claritatis supervestitum est gloria ut re-
sit sole fulgencius exemplare preferens
pulchritudinem suscitandorum corporum
humanorum de quibus ipse salvator
ait Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno
patris sui beatitudinis sempiterne quod
si quilibet iustus fulgebit ut sol quanta
putas esse fulgoris ipsum iusticie solem
Tanti inquam est ut sit speciosior sole et
super omnem stellarum disposicionem luci com-
paratus decor prepinguis non immerito in-
dicetur Tunc renovata est ut aquile
iuventus xpi tunc leo suum catulum su-
scitavit Tunc fenix revixit Tunc ex
eodem luto factis vasis fecit aliud vas
figulus sicut placuit in oculis suis
Tunc yonas de ventre ceti illesus ex-
ivit Tunc vestitum est candelabrum
auro Tunc suscitatum est tabernaculum
david quod ceciderat Tunc refulsit sol

qui prius erat in nubilo Tunc multiplica-
tum est granum frumenti quod cadens in
terra mortuum erat Tunc ceruus e sup-
sit cornua Tunc sampson tulit portas
ciuitatis et exiuit Tunc ioseph eductus
de carcere conditur et constituitur dns
egypti Tunc conclusus saccus circumdatur
leticia virginis regit et sollempnis valde
est sollempnitas paschalis et ceteras precel-
lit sollempnitates Unde omnes dies dominice
octaue sunt huius festi et in eo omnia
signa apponuntur Dignitas quippe dominice
diei notatur in hoc quod fuit prima dierum
* Item nox illam non precessit Item ut dicitur
erit ultima dierum Item nox illi non succe-
det Item celum et terra sunt in ea creata
Item angelus in ea est creatus et ad deum
conuersus Item primo data sunt in ea fili-
is israel mandata Item xpc in ea natus
est Item xpc in ea surrexit Item spiritus sanctus in
ea datus est apostolis Item in ea omnes re-
surgemus atque iudicabimur Item in ea coti-
diandum est perpetuo in laude dei Unde
greg. Hanc recte nobilitate sollempnita-
tis dicam quia sollempnitates antecedit Di-
cit enim in sacro eloquio sancta sanctorum
uel cantica canticorum pro sui magni-
tudine dicitur Ita hec festiuitas recte dici
potest sollempnitas sollempnitatum Ex hac
quippe sollempnitate exemplum nobis
resurrectionis datum est spes celestis patrie a-
perta et facta superni regni iam presump-
tibilis gloria Per hanc electi qui quie-
tis et tranquillitatis sinu tamen apud
inferni claustra tenebantur ad paradisi a-
mena reducti sunt Que est ergo ista
sollempnitas que inferni claustra de-
struxit et ianuas nobis regni celestis
aperuit Unde et aug. Alacrior dies il-
le refulget non de usitatis solis circulis
illuminata preclarius sed de lumine atque
resurgentis illustrata sublimius Hac enim
die sol iusticie xpc ascendit ab inferis et
ideirco pulsemus cytharam dauid canentes
Hec est dies quam fecit dns exultemus
et letemur in ea Contemplemur huic die
qualem noctem habuit genitricem nox
que celum luminaribus imitatur ymo magis
celum et terra letatur nox bone parturi-
cionis nox sancte regeneracionis nox de qua
dicitur Et nox sicut dies illuminabitur et ab
ipsa est dies quam fecit dns dies dominicus
Et recte dies dicitur lucis in quo fuge-
runt tenebre cecitatis Proclamauerunt
qui erant in regione umbre mortis quia
lux orta est illis. letetur terra quod noua
lucem vidit letentur et angeli quia pec-
catoribus claritatem dns dedit Contre-
muerunt inferi sustinendo splendorem
insolitum et incuruatum est omne genu
ipso domino celestium terrestrium et infer-
norum Omnia ergo nobiscum hodie
triumphant et angeli et archangeli ce-
terique beatorum spirituum ordines nobis-
cum festa concelebrant Nos quoque interim
cantilenam cantantes cantica celestia que
adhuc humana cantare non potest lingua
Exultemus ergo in domino non remissa
securitate Nam et beatus iohannes precursor
exultauit in utero matris sed vinum non
bibit precepto angeli gabrielis nos autem
quia infirmi sumus sobrie bibamus.
modum non excedamus ut leticia mu-
ta exultatione nullam sentiat corporis
tempestatem. sed per sobrietatis serenita-
tem portum intremus salutarem Acce-
pimus ieiuniorum palmam festiuitatis
non amittamus victoriam quam nobis
tribuat dns xpc adiuuando qui vicit
in nobis patiendo ut digno carmine
triumphemus cantantes Absorpta est
mors in victoria alleluia Agnitam

quippe triumphator illam et paradiſi ianuam quam nullus effringere potuit hac die ipſe cum latrone reſeravit dicens ad angelos Aperite michi portas iuſticie et ingreſſus in eas confitebor domino Ex eo inicium tempore quo paſſus eſt dominus porta hec et clauſa et reſerata eſt Clauſa quidem incredulis et peccatoribus reſerata vero iuſtis et credentibus Quomodo mater domini maria inter omnes mulieres principatum tenet ita et inter ceteras dies hec omnium mater eſt Hec dies una eſt de ſeptem et extra ſeptem hec eſt dies que appellatur octava unde et in quibuſdam ſanctorum titulis ſupſcribitur pro octava Hec eſt dies in qua ſynagoga finitur et eccleſia naſcitur Hec in cuius numero octo anime ſeruate ſunt in archa noe Et quid michi neceſſe eſt infinita replicare Dies michi deficiet ſi voluero omne diei iſtius exponere ſacramentum hoc tamen dico quod vniuerſa ſabbati gratia et antiqua illa feſtivitas populi iudeorum diei iſtius ſollempnitate mandata eſt Illi in ſabbato non faciebant opus ſeruile nos in die dominica hoc eſt in die rēnis opus ſeruile non facimus Illi de domibus ſuis non egrediebantur et nos de domo christi non egrediamur Illi non accendebant ignem in die ſabbati nos econtrario accendamus in nobis ignem ſpiritus ſancti De quo igne dominus ait Ignem veni mittere in terram et quid volo niſi ut ardeat Deſiderat dominus iſtum ignem ardere in nobis ſpiritum ſanctum feruere ut non refrigeſcat caritas dei in nobis Illis agnus aut hircus nobis christus occiditur Pro quibus vniuerſis fratres conſona pariter voce cantemus Hec eſt dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea Hinc ergo et a nobis alleluia decantetur quod latine laudate dominum interpretatur laudemus dominum fratres vita lingua corde et ore vocibus et moribus Sic enim ſibi dici vult deus alleluia ut non ſit in laudante diſcordia O felix alleluia in celo ubi templum dei ſunt angeli Ibi enim concordia ſumma laudancium ubi nulla lex in membris repugnat legi mentis ubi non eſt rixa cupiditatis in qua periclitetur victoria caritatis Hic ergo alleluia cantemus adhuc ſolliciti ut illic poſſimus aliquando cantare ſecuri quando ſcilicet hoc mortale corpus immortale et incorruptibile factum fuerit quando tota temptacio perierit O felix illic alleluia o vita ſecura o ſine adverſario o ubi nemo erit inimicus nemo perit amicus Ibi laudes deo et hic laudes deo ſed hic a ſollicitis ibi a ſecuris hic a morituris ibi a ſemper victuris hic in ſpe ibi in re hic in via ibi in patria Modo ergo fratres mei cantemus non ad delectacionem quietis ſed ad ſolacium laboris Quomodo ſolent viatores cantare canta ſed ambula et cantando laborem conſolare pigriciam noli amare ſed ambula et in bono proſice Canta et ambula noli errare noli redire noli remanere hec auguſtinus Unde et beda ſt quod illa vita tota in dei laude geritur ceſſantibus cunctis languoribus inito quinquaginta diebus in memoriam huius vite quietiſſime ac feliciſſime accionis crebrius ac feſtiuius alleluia canere ſolemus alleluia namque hebreus ſermo eſt et interpretatur latine laudate dominum Denique in pſalmis ubi nos canimus laudate dominum pro hoc verbo apud hebreos ſemper canitur alleluia Quod evangeliſta iohannes in apocalipſi ſua celeſtium agmina virtutum cantantia ſe audiſſe perhibet Quod et venerabilis pater thobias intelligens qualis ſupernorum civium gloria quanta ipſius vrbis celeſtis ſit claritas hec miſtica voce di-

tebat Ex lapide precioſo et auro mundo
omnes platee eius ſternentur et p[er] vicos
eius alleluia cantabitur hec beda Reſur-
ge nunc a[n]i[m]a mea cum xpo de ſtudio peccati
ſepulchro reſpira iam in ſpem r[esurrectio]nis et vi-
te perhe[n]nis pro amore dei moriamur in
p[rese]nti vita ut poſt r[esurrectio]nem vivam[us] in futu[r]a
Quia ſi pro amore xpi nunc mortuum cor-
pus portam[us] tunc in letabundo gaudio
cum ipo conregnabim[us] Sic ergo cure[mus]
inteſſe feſtis ho[m]i[num] ut meream[ur] eciam i[n]teſſe
feſtis angelo[rum] Unde greg[orius] Ecce paſcha-
lia ſollempnia agim[us] ſ[ed] ita vivendi eſt
nobis ut p[er]venire ad eterna feſta mereamur
Tranſeunt cuncta que t[em]poralit[er] feſtive
celebrantur Curate qui h[uiu]s ſollepnitati-
bus inteſtis ne ab et[er]na ſollempnitate
ſeparemini Quid prodeſt inteſſe feſtis
ho[m]i[num] ſi deeſſe contingat feſtis angelor[um]
Umbra venture ſollempnitatis eſt ſollep-
nitas p[rese]ns ideirco hanc annue agimus
ut ad illam que no[n] eſt annua perducam[ur]
Cum hoc ſtatuto t[em]p[o]re geritur ad illius
deſiderium memoria n[ost]ra reſtricat[ur] frequen-
tacione ergo gaudii t[em]poralis ad eterna gau-
dia mens inraleſcat ac ferveat ut ex
veritate leticia p[er]fruatur in patria q[uo]d
de umbra gaudii meditat[ur] in via hec gre-
gori[us] Xpc r[esurrectio]nem ſuam per ſampſone
fortiſſimum olim figuravit qui civitatem
inimicorum ſuorum introivit et ibidem
nocte dormivit Et cum i[n]imici portas ci-
vitatis cuſtodirent ut ip[su]m mane compre-
henderent et occiderent ipe media nocte ſur-
rexit et portam civitatis ſecu[m] detulit
Sic xpc urbem hoſtium ſuorum hoc eſt in-
ferni potenter intravit et deſtructo me-
dia nocte ſurrexit xpc eciam per yona[m]
r[esurrectio]nem ſuam p[re]figuravit quem i[n] ventre
ceti per triduum vivum conſervavit et
poſt triduum cethus ip[su]m de ore in t[er]ram
vivum emiſit Fuit etiam r[esurrectio] xpi figurata

per lapidem quem reprobaverunt edifica-
tes templum domini Qui cu[m] ab eis p[ro]p[ter]
ineptitudinem abiectus eſſet tandem co[n]-
ſummato templo cum lapis angularis
poni deberet qui in ſe duos parietes
compleret non eſt inventus lapis ad
hoc aptus niſi ille qui ab edificantibus
erat reprobatus. xpc erat lapis r[e]probat[us]
in ſua paſſione et factus eſt cotidie lapis
angularis in ſua r[esurrectio]ne Tunc adimpleta
eſt illa p[ro]phecia david. lapidem quem
reproba[verunt] etc. Et ideo ipa cantat[ur] i[n] feſto
r[esurrectio]nis. lapis iſte duos parietes in te[m]plo do-
mini coadunavit quia xpc de populo
gentili et iudaico unam eccl[esi]am edificat.
In hoc edificio pro cemento uſus eſt ſuo
ſanguine et pro lapidibus ſuo ſacratiſſimo
corpore Oratio

Domine ihu xpe dilector unice q[ui]
ruptis vinculis mortis glori-
ficaſti corpus tuu[m] et in eam in-
effabili gloria ſurrexiſti p[re]cor et obſe[cro]
te per tua[m] r[esurrectio]nem floridam da michi
ut a viciis et a morte a[n]i[m]e reſurgens in
virtutibus ſemper floream et i[n] novita-
te vite ambulem ut que ſurſum ſunt
queram et ſapiam non que ſup[er] terram
Per tue claritatis virtutem purga a[n]i[m]a[m]
meam a tenebris peccato[rum] et p[er] eadem
virtutem die univerſalis r[esurrectio]nis caro
mea reſurgat ad gloriam ut tecum
eternaliter in utroq[ue] gaudeam amen

Quomodo d[omi]n[u]s ih[esu]s apparuit mri[bus] ſue

Eadem aut[em] hora ſc[ilicet] ſummo ma-
ne maria magdalene et ma-
ria iacobi minoris mat[er] q[ue]
etia[m] maria ioſeph et q[uando]q[ue]
maria cleophe ſc[ilicet] filia appellatur ſc[ilicet]
mat[er] que fuit frat[ris] iacobi et unius de ſep-
tuaginta duobus diſcipulis et ab apl[is]
cum mathia ſtatutus et maria ſalome
ſc[ilicet] filia que eciam mat[er] filio[rum] zebedei xo-